[illegible] Coll.

Presta nobis domine quesumus auxilium gratie tue, ut ieiuniis et
orationibus convenienter intenti liberemur ab hostibus mentis
et corporis. Per dominum nostrum iesum christum.

In diebus illis: Locutus est Iheremias propheta dicens. Ma-
ledictus homo, qui confidit in homine: et ponit carnem
brachium suum, et a domino recedit cor eius. Erit enim quasi
myrice in deserto: et non videbit cum venerit bonum: sed
habitabit in siccitate in deserto, in terra salsuginis et inhabi-
tabili. Benedictus vir qui confidit in domino, et erit dominus fidu-
cia eius. Et erit quasi lignum quod transplantatur super aquas,
quod ad humorem mittit radices suas: et non timebit cum venerit
estus. Et erit folium eius viride, et in tempore siccitatis non
erit sollicitum, nec aliquando desinet facere fructum. Pra-
vum est cor hominis et inscrutabile, quis cognoscet illud?
Ego dominus scrutans corda, et probans renes, qui do unicuique iux-
ta viam suam, et iuxta fructum adinventionum suarum [illegible]
[illegible]

In illo tempore: Dixit ihesus turbis iudeorum. Non possum ego a me
ipso facere quicquam. Sicut audio iudico, et iudicium meum
iustum est. Quia non quero voluntatem meam, sed volun-
tatem eius qui misit me. Si ego testimonium perhibeo de
me ipso, testimonium meum non est verum. Alius est
qui testimonium perhibet de me: et scio quia verum est
testimonium eius. Vos misistis ad iohannem, et testimonium per-
hibuit veritati. Ego autem non ab homine testimonium
accipio: sed hec dico ut vos salvi sitis. Ille erat lucerna ar-
dens et lucens. Vos autem voluistis exultare ad horam
in luce eius. Ego autem habeo testimonium maius io-
hanne. Opera enim que dedit mihi pater ut perficiam ea, ipsa

opa que ego facio testimonium pibent de me.
quia pater me misit. Et qui misit me pater: ipe
testimonium pibet de me. Neqz vocem eius umqm
audistis: neqz speciem eius vidistis. Et verbum eius
no habetis in vobis manens: quia quem misit ille
huic vos no creditis. Scrutamini scripturas: in qui
bz vos putatis vitam eternam habere. Et ipe sunt e
que testimonium pibent de me. Et no vultis veni
re ad me: ut vitam habeatis. Claritatem ab homi
nibz no accipio: sz cognovi vos. quia dilectionem
dei no habetis in vobis. Ego veni in nomine patris
mei: et accepistis me. Si enim alius venerit in no
mine suo: illum suscipietis. Quomodo potestis
vos credere qui glam ab invicem accipitis et gla
que a solo deo est no queritis? Nolite ergo putare
quia accusaturus sim vos apud patrem. Est qui
vos accusat: moyses in quo vos spatis. Si enim
crederetis moysi: crederetis forsitan et michi. De
[illegible] ille scripsit. Si enim illius litteris non
creditis: quomo verbis
meis credetis? Offer. Precatus est moyses in
conspectu do mi ni dei sui et dix it preca
tus est moyses in conspectu do mi ni dei sui
et dix it quia re domi ne irasceris in populo
tu o par ce ire anime tu e memento
abraham ysaac et iacob quibz iurasti dare ter

tani fluentem lac et mel et placatus factus est

dominus de malignitate quam dixit facere

populo sui. Secreta

Presenti sacrificio nomini tuo dn̄e ieiunia dicata sufficient. ꝑ qd̄ obseruantia nr̄a profite[a]tur exterius interius operetur effectum. P̄. Co.

Qui manducat carnem meam et bibit sanguinem meum in me manet et ego in eum dicit dominus. Postcomm.

Grā tua nos dn̄e qs̄ non derelinquat. que nobis opem semꝑ adquirat. P̄. Sup ppl̄m.

Adesto dn̄e famulis tuis. et ꝑpetuam benignitatem largire poscentib9. ut his qui te auctore et gubernatore gloriamur. et congregata restaures. et restaurata conserues. P̄. Feria v. Off.

Ego autem cum iusticia apparebo in conspectu tuo satiabor dum manifestabitur gloria tua. Exaudi domine iusticiam meam. Euouae.

Da quesumus omp̄s ds̄. ut sacro Collcā. nos purificante ieiunio. sinceris mentibus ad scā uentura facias ꝑuenire. P̄. Lcō libri genesis.

In diebz illis. Dixit ioseph fratribz suis. Audite

sompnium quod vidi. Putabam ligare nos mani
pulos in agro: et quasi consurgere manipulum
meum. et stare vestrosque manipulos circumstantes
adorare manipulum meum. Responderunt fra
tres eius. Numquid rex noster eris. aut subiciemur
dicioni tue. Hec ergo causa sompniorum atque sermo
num: invidie et odii fomitem ministravit. Aliud
quoque vidit sompnium quod narrans fratribus ait.
Vidi per sompnium quasi solem et lunam et stellas
undecim: adorare me. Quod cum patri suo et fratribus
retulisset: increpavit eum pater et dixit. Quid si
bi vult hoc sompnium quod vidisti. Num ego et
mater tua et fratres tui adorabimus te super terram:
Invidebant igitur ei fratres sui: pater vero rem
tacitus considerabat. Cumque fratres illius in
pascendis gregibus patris morarentur in sychem:
dixit ad eum israel. Fratres tui pascunt oves in sy
chimis: veni mittam te ad eos. Quo responden
te: presto sum ait. dixitque illi. Vade et vide si cun
cta sunt prospera erga fratres tuos et pecora: et renun
cia michi quid agantur. Missus de valle hebron.
venit in sychem. Invenit eum vir errantem
in agro: et interrogavit quid quereret. At ille
respondit. Fratres meos quero: indica michi ubi
pascunt greges. Dixitque ei vir. Recesserunt de
loco isto: audivi eos dicentes. eamus in dotha
ym. Perrexit ergo ioseph post fratres suos: et invenit
eos in dothaym. Qui cum vidissent eum procul
antequam accederet ad eos: cogitaverunt illum occi
dere. et mutuo loquebantur. Ecce sompniator
venit: venite occidamus eum. et mittamus in